

tum inter se differre Baptismum et Confirmationem, quantum in naturali vita distat generatio ab incremento.

De caetero, idem Benedictus, post plures annos ab hac constitutione emanata, in suo celebri Opere de Synodo scribit¹ quod, licet Catechismus asserat non expedire ut Confirmatio ministraretur pueris ante septennium, attamen non prohibet ne ipsis ullo casu conferatur. — Additque quod, hoc animadverso a Silvio, Suarez, Silvestro, Roncaglia, Juenin, card. Gotti et aliis, affirmant ipsi, adhuc juxta praesentem disciplinam licite posse conferri Confirmationem pueris etiam ante septennium, aliqua causa urgente, nempe si episcopus deberet per longum tempus a sua dioecesi abesse, aut si puer esset in periculo mortis, aut ob aliam similem causam^{c)}.

Loquens autem de amentibus, ait Benedictus^{d)}, omnino ipsis ministrandam esse confirmationem.

Dubitans an sit confirmatus, potest sub

¹ Lib. 7, cap. 10, num. 5. - *Silvius*, in 3 Part., qu. 72, artic. 8. - *Suar.*, disp. 35, sect. 2, v. *Utraque*. - *Silvest.*, *Maurus*, lib. 11, qu. 119, num. 4. - *Roncagl.*, de Sacram. Confirm., cap. 2, qu. 2, resp. 1. - *Juenin*, Comment. de Sacram., dissert. 3, qu. 8, cap. 1, qu. 1, i. f. - *Gotti*, Theol., de Confirm., qu. 3, dub. 1, n. 6. — ² Lib. 6, part. 1, n. 393. - *Nuñez*, in 3 Part., qu. 72, art. 5, concl. 3, i. f. - *Gobat*, tr. 2, num. 763. — ³ De Confirm., qu. 3, art. ult., n. 1. — ⁴ Tr. 3, cap. 3, n. 27 et 28. - *Suar.*, disp. 34, sect. 2, v. *Sed*

^{c)} Et ita etiam declaravit S. C. Conc. in una *Segobien.*, die 23 April. 1774. Cfr. Pallottini, v. Sacramentum Confirmationis, n. 40; et Thesaur. Resolut., tom. 43, fol. 60 et seqq.

^{d)} Apud Benedictum XIV, nihil de hoc asserto reperi.

conditione confirmari; sed requiritur majus dubium, quam pro Baptismo. — Croix² cum Nuñez, Gobat, etc.

179. — Confirmandus autem existens in mortali debet se disponere ad sacramentum, vel contritione, vel attritione una cum confessione: secus tamen, si abesset conscientia culpae gravis^{a)}; ut Viva³, Salmant.⁴ cum Suarez, Palao et communi. — Confessio enim videtur esse de consilio, non de praecepto; ut communiter dicunt DD. apud Viva⁵, et clare colligitur ex can. *Ut jejuni, dist. 5, de consecr.*, ubi dicitur: *Ut moneantur confessionem facere prius.*

180. — « 3°. Etiam perpetuo amentes « (praesertim si aliquando usum rationis « habuerint) licite confirmantur^{a)}; etsi per « accidens nunquam sint spiritualiter pu- « gnaturi. Ita Suarez, Filiucci, Lay- « mann⁶, Coninck⁷ ». — Est commune cum Palao, Coninck, Bonacina, Barbosa et Salmant.⁸; contra Sotum, Valentia, etc.

quaeret. - *Palao*, tr. 20, punct. 6, num. 1. — ⁵ Loc. cit., n. 1, v. f. — *Suar.*, disp. 35, sect. 2, v. *Dicendum*. — *Fill.*, tr. 3, cap. 5, n. 101, v. f.; et cap. 2, n. 83. — ⁶ Lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 3. — ⁷ Qu. 72, art. 8, n. 83. — *Palao*, loc. cit., punct. 7, num. 8. - *Coninck*, loc. cit. - *Bonac.*, disp. 3, punct. 4, n. 6. - *Barb.*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 30, num. 21. — ⁸ Loc. cit., num. 23. — *Sotus*, in 4, dist. 7, art. 8, v. *Enascitur*. - *Valent.*, in 3 Part., disp. 5, qu. 2, punct. 2, i. f.

179. — ^{a)} De eo qui non est conscius culpae gravis, non loquuntur nec Viva nec Palao, in reliquis vero concordant.

180. — ^{a)} Quin etiam confirmandi sunt, juxta Fill., Suar., Con., Pal. et Salmant.

Dubius de Confirmatione, potest sub conditione confirmari.

Existent in mortali debet contritione vel confiteri.

Alias confessio est de consilio.

Perpetuo amentes possunt confirmari.

DUBIUM III.

Quae Confirmationis Necessitas, et Caeremoniae.

181. *An adsit per se gravis obligatio suscipiendi Confirmationem.* — 182. *An autem per accidens, nempe ratione vitandi, 1°. periculi. 2°. scandali. 3°. contemptus. Et quando contemptus intervenit.* — 183. *An sit gravis obligatio suscipiendi Confirmationem ante susceptionem primae tonsurae.* — 184. *Quae caeremoniae sint servandae in Confirmatione. Et quid notandum: 1°. Quoad vestes episcopi. 2°. Quoad caeremonias alapae et cerei. 3°. Quoad locum chrismationis. Et an confirmandi accedere debeant jejuni.* — 185. *Requiritur etiam 1°. Patrinus. 2°. Ut hic sit unus. 3°. Ut sit confirmatus.* — 186. *Dub. 1. An peccet graviter qui tenet non confirmatus. 2. An patrinus non confirmatus contrahat cognationem.* — 187. *Requiritur etiam 4°. Ut patrinus sit diversus a patris Baptismi. An monachi possint esse patris Confirmationis.* — 188. *An sit obliganda fascia frons confirmandi. — Et an sit necessaria ultima benedictio episcopi.*

181. — « Resp. 1°. Non est necessaria ad « salutem necessitate medii, neque per se « praecepti. — Est communis S. Thomae « et aliorum, contra Scotum et Silvestrum. « Ratio: tum quia Ecclesia non urget ejus « susceptionem ullis poenis; tum quia nec « ex Scriptura, nec traditione, neque fine « aut institutione sacramenti, tale prae- « ceptum colligitur. Et canones qui in con- « trarium afferuntur satis explicantur de « necessitate ad melius esse.

« Dixi: *per se*. Quia per accidens ali- « quando potest esse necessaria ad salu- « tem, ex praecepto caritatis sui vel pro- « ximi; vel alio, v. gr. ad cavendum scan- « dalum; vel ratione conscientiae, qua « quis valde metuit ne in tormentis defi- « ciat sine hoc sacramento.

« Unde resolves:

« 1°. Negligere hoc sacramentum, se- « cluso scandalo et contemptu, non est

S. Thom., 8 P., qu. 72, art. 1, ad 3. — *Scotus*, in 4, dist. 7, qu. 2. — *Silvest.*, v. *Confirmatio*, n. 3. — *Suar.*, disp. 35, sect. 1, v. *Quocirca*. — ¹ Lib. 5, tract. 3, cap. 5, num. 4. — ² Disp. 3, punct. 2, n. 2. — ³ V. *Confirmatio*, num. 3. — ⁴ Lib. 2, cap. 24, num. 2. — *Merbes.*, Sum., part. 3, de Confirm., qu. 16, concl. — ⁵ De Confirm.,

« mortale. — Suarez, Laymann¹, Bona- « cina²: ubi ex aliis multis docent nullum « esse praeceptum illud suscipiendi.

« 2°. Etsi omissio ex contemptu (v. gr. « si quis id nihili faciat, aut puerile, aut « vile habeat) sit mortalis; talis tamen « non censetur esse, cum quis ejus obla- « tam occasionem, quam postea non fa- « cile habiturus est, negligit. — Ita com- « munitur, contra Silvestrum³ et Tole- « tum⁴ ».

Magna est haec Quaestio inter doctores: *An adsit gravis obligatio suscipiendi hoc sacramentum Confirmationis?*

Prima sententia affirmat: quam tenent Herbesius, Contin, Tournely⁵, Concina⁶, Habert⁷ cum Angelo^{a)} et Hugone a S. Victore^{a)}; item S. Bonaventura^{b)}, S. Antoninus, Alensis, Silvester et Paludanus, apud Palaum⁸. — Dicunt praefati auctores obligationem hanc oriri tam ex praecepto

cap. 8, concl. 2. — ⁶ De Confirm., cap. 6, a num. 6. — ⁷ De Confirm., cap. 9, resp. 4. — *S. Anton.*, part. 3, tit. 14, cap. 14, § 5. - *Alens.*, part. 4, qu. 9, membr. 3, artic. 1, § 2. - *Silvest.*, loc. cit. - *Palud.*, in 4, dist. 7, qu. 1, artic. 1, concl. 2. (num. 8 et 9). — ⁸ Tract. 20, punct. 8, num. 3.

181. — ^{a)} Angelus non satis accurate allegatur ab Habert; haec enim, v. Confirm. sacramentum, n. 1, scribit: « Necessarium est, ita quod contemnens ipsum suscipere mortaliter peccaret et damnaretur ». — Hugo a S. Victore autem, de Sacram., lib. 2, part. 7, cap. 3: « Quid autem prodest, inquit, si a lapsu erigeris, nisi etiam ad standum confirmemur? Propterea, timendum est iis qui per negligentiam amittunt episcopi praesentiam, et non suscipiunt manus impositionem, ne forte propterea damnentur, quia festinare de-

buerunt dum potuerunt ». Migne, Patrol. lat., tom. 176, col. 461.

^{b)} S. Bonaventura, in 4, dist. 7, art. 3, qu. 2, concl., ait necessariam esse Confirmationem, « ex conditione, scilicet pugnanti et vincere volenti ». Deinde addit: « Ex institutione ergo Ecclesiae est quod nullus ab hoc sacramento excipitur ». Denique his verbis concludit: « Est igitur necessaria gratia Confirmationis, non sine qua simpliciter non sit salus, sed sine qua vel per sacramentum vel alias accepta pugnando non pervenitur ad salutem ».

naturali quam positivo ^{c)}. Ex naturali; quia grave detrimentum sibi infert, qui in lucta tentationum negligit se munire magno robore hujus sacramenti, ad hunc finem instituti. — Ex positivo. Tum divino, ut probatur ex Act. i, ubi Christus Dominus praecepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris: nempe Spiritum Sanctum, cujus donum tribuitur in Confirmatione. Tum ecclesiastico; nam Urbanus Papa sic in can. *Omnes 1, dist. 5, de consecr.*, ad christianos scripsit: *Omnes fideles, per manus impositionem episcoporum, Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, ut plene christiani inveniantur.* Hoc etiam Melchias Papa ¹ dixit: *Victuris... necessaria sunt Confirmationis auxilia.* Confirmatur ex Catechismo Romano ², ubi de hoc sacramento dicitur: *Quamquam vero necessarium non est, a nemine tamen praetermitti debet... Quod enim omnibus communiter ad sanctificationem Deus proposuit, ab omnibus etiam summo studio expetendum est.* Item S. Cyprianus ³ scripsit: *Ungi quoque necesse est eum qui baptisatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei, et habere... gratiam Christi possit.*

Secunda vero sententia negat, per se loquendo, teneri quemque fidelem sub gravi Confirmationem suscipere. Et hanc tumentur cum Busenbaum gravissimi auctores, prout Navarrus ⁴, Suarez ⁵, Sotus ⁶, Laymann ⁷ cum Covarruvias, Abbate Panormitano, Adriano, Valentia, Henriquez, Victoria et Coninck. Item Frassen ⁸, Wiggand ⁹, Palaus ¹⁰, Bonacina ¹¹, Roncaglia ¹², Anacletus ¹³ cum communi (ut asserit), Sporer ¹⁴, Elbel ¹⁵, Viva ¹⁶, Croix ¹⁷, Salmant. ¹⁸ cum aliis. — Et huic sententiae

¹ Can. *Spiritus Sanctus 2*, de consecr., dist. 5. — ² De Confirm., n. 16. — ³ Epist. 70, ad Januar. etc.; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 4, col. 408 et tom. 3, col. 1040. — ⁴ Man., cap. 22, n. 9, v. *Tertio*. — ⁵ Disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — ⁶ In 4, dist. 7, art. 8. — ⁷ Lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 4. — *Covarr.*, Variar. lib. 1, cap. 10, num. 5. — *Abb. Panorm.*, in cap. *Quanto*, de consuetud., num. 4. — *Adrian.*, in 4, de Confirm., art. 1, § *Etsi argumenta*. — *Valent.*, disp. 5, qu. 2, punct. 3. — *Henriq.*, lib. 3, cap. 1, n. 6. — *Victor.*, Sum., de Confirm., n. 48. — *Coninck*, qu. 72, art. 8, n. 88. —

^{c)} Non omnes auctores hic allegati adeo expresse et distincte obligationem hanc colligunt ex praecepto naturali et positivo.

aperte adhaeret D. Thomas. Nam ¹⁹ sic ait: *Quaedam (sacramenta) sunt sine quibus non est salus: quaedam vero sunt quae cooperantur ad perfectionem salutis. Et hoc modo Confirmatio est de necessitate salutis, quamvis sine ea possit esse salus, dum tamen non praetermittatur ex contemptu sacramenti.* Item ²⁰ repetit quod Confirmatio est necessaria, non ad salutem, sed ad perfectionem salutis: sicut equus ad ambulandum, et medicina ad sane vivendum. Additque aliqua sacramenta esse ita necessaria, ut sine illis homo non possit in spirituali vita vivere, sicut est Baptismus et Poenitentia: *Quaedam autem, sine quibus non potest consequi aliquem effectum, qui est ad bene esse spiritualis vitae: et hoc modo Confirmatio et omnia alia sunt necessaria. Veruntamen contemptus cujuslibet sacramenti est periculosus.* Clarius id confirmat ²¹ ubi ait: *Et ideo Hugo a S. Victore dicit: Omnino periculosum esset, si ex hac vita sine Confirmatione migrare contingeret ^{d)}, non quia damnaretur, nisi forte propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis pateretur.* — Nec dissentit Scotus ²², ubi: *Extrema Unctio est instituta a Christo, et Confirmationis sacramentum...; et tamen neutrum est simpliciter necessarium, nec est praeceptum de isto vel illo recipiendo.*

Dicunt igitur fautores hujus sententiae non adesse de hoc sacramento suscipiendo ullum praeceptum neque naturale neque positivum. — ¹ Non naturale. Quia, licet Christus Dominus hoc sacramentum instituerit tamquam peculiare medium ad vincendas hostium insidias; tamen alia sunt generalia media, prout frequens Eucharistiae perceptio, oratio, poeniten-

¹⁹ Scotus academ., tom. 11, tract. 2, disp. 2, art. 3, qu. 2, concl. 1 et 2. — ²⁰ Tr. 11, exam. 6, num. 79. — ²¹ Tr. 20, punct. 8, n. 5. — ²² Disp. 3, punct. 2, n. 2. — ²³ De Confirm., cap. 2, qu. 2, resp. 2. — ²⁴ Tr. 14, dist. 2, n. 68. — ²⁵ Supplem. Sacram., cap. 2, num. 33. — ²⁶ Confer. 8, de Sacram. Confirm., n. 20. — ²⁷ De Confirm., qu. 3, art. 2, num. 6. — ²⁸ Lib. 6, part. 1, num. 395. — ²⁹ Tr. 3, cap. 4, num. 52. — ³⁰ 3 P., qu. 72, art. 1, ad 3. — ³¹ In 4, dist. 7, qu. 1, art. 1, solut. 2. — ³² 3 P., qu. 72, art. 8, ad 4. — ³³ In 4, dist. 17, qu. unic., n. 11.

^{d)} Vide hic superius, not. a, genuinum Hugonis textum, quem transcripsimus ex Migne, Patrol. lat., tom. 176, col. 461.

tia, etc., quibus robur animae etiam obtineri potest. — ² Nec positivum; quia nulli tale praeceptum reperitur expressum. Illud enim quod est in *Actis* (loco citato), intelligitur fuisse datum tantum Apostolis: ut ipsi peculiari modo Spiritum Sanctum acciperent; et tamquam Ecclesiae fundatores, ministerium praedicationis aggrederentur, non nisi supernaturali scientia et donis prophetiae, linguarum ac miraculorum praediti. — Alia autem quae habentur ut supra, intelliguntur, non de necessitate praecepti ad salutem, sed ad perfectionem salutis, ut docet D. Thomas, cujus perfectionis detrimentum sive privationem ait non inducere damnationem. Confirmatio enim non reddit hominem perfectum simpliciter et quoad substantiam, quod est solius Baptismi; sed quoad uberius gratiae perceptionem, sive ad melius esse spirituale, ad quod homo non tenetur sub gravi. — Sic pariter intelligitur Catechismus Romanus. Immo id aperte ibi exprimitur ¹, ubi dicitur quod *illi... confirmari debent... qui ad perfectum christianae religionis habitum perducendi sunt.* Et deinde additur: *Communis omnium mater catholica Ecclesia vehementer optat ut in iis quos per Baptismum regeneraverit, christiani hominis forma perfecte absolvetur.* Ubi etiam nota, non dici quod Ecclesia praecipit, sed *optat*; quo utique exprimitur non adesse Ecclesiae praeceptum.

Ad textum autem S. Cypriani respondetur quod S. Doctor non dicit necesse esse hoc sacramentum suscipere de necessitate praecepti; sed necesse esse ut illud suscipiat qui ejus gratiam vult obtinere. Vel potest alio modo intelligi, scilicet quod sine Confirmatione non licebat ministrare Baptismum tunc temporis, quando Baptismus simul cum Confirma-

D. Thom., 3 P., qu. 72, art. 1, ad 3. — ¹ De Confirm., n. 17. — *Suar.*, disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — *Palaus*, tr. 20, punct. 8, n. 6, v. *Tertio*. — ² Tr. 3, cap. 4, n. 59. — *Coninck*, qu. 72, art. 8, num. 89. — *Jacob. de Granada*, in 3 Part., contr. 5, de Confirm., tr. 4, disp. 1, num. 6. — *Palaus*, loc. cit., v. *Secundo*. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 5, n. 4, post med. — *Roncaglia*, de Confirm., cap. 2, qu. 2, resp. 2. — *Suar.*, loc. cit. — *Spor.*, Suppl. Sacram., cap. 2, n. 34. — ³ Tr. 3, cap. 4, n. 58. — *Habert*, tr. de Confirm., cap. 9, i. f. — *Concina*, de Confirm., cap. 6, n. 14, v. f. — *Natal. Alex.*, de Confirm., cap. 4, reg. 2. — *Tourn.*, Praelect. de Confirm., qu. 2, art. 2. — *Conin.*, *Tourn.*, de Confirm.,

tione dari praecipiebatur; ut habetur in can. *De his 3, dist. 5, de consecr.*

182. — Dicunt autem auctores secundae sententiae quod, licet per se loquendo omissio susceptionis hujus sacramenti non sit mortalis; conveniunt tamen communiter posse esse mortalem per accidens in tribus casibus:

Et ¹. Si quis omitendo, alias firmiter crederet *periculum* sibi imminere amittendi fidem vel caritatem; ut Suarez, Palaus; et Salmant. ² cum Coninck, Granada, etc.

². Si quis omitteret cum *scandalo*, nempe si esset suspectus de fide, et reputaretur Confirmationem contemnere, aut non credere esse sacramentum. Palaus, Laymann, Roncaglia, Suarez, Sporer, Salmant. ³, cum aliis communiter.

³. Si omittatur ex *contemptu*. — Quem alii intervenire intelligunt, quando quis commode sacramentum suscipere potest, et negligit; hunc enim, etsi non formalem, virtualement tamen contemptum reputant. Ita sentiunt Habert, Concina, Natalis Alexander, Tournely, Juenin; item Silvester, Richardus et Gabriel, apud Laymann ⁴. Et huic opinioni favet Scotus ⁵; ubi ait: *Judicaretur enim contemptus, si, omnimoda opportunitate oblata, non susciperetur.* — Alii vero forte probabilius dicunt tunc tantum intercedere contemptum, quando quis negligit Confirmationem suscipere, non quia detinetur a quodam torpore vel incommodo, sed quia illam parvi facit; plura enim bona spiritualia homines saepe adipisci praetermittunt ex negligentia, sine eo quod illa reputent contemnere. Ita cum Busenbaum (mox supra, n. 181, ad 2), Suarez ⁶, Laymann ⁷, Palaus ⁸, Roncaglia ⁹, Sporer ¹⁰, Elbel ¹¹; et Salmant. ¹² cum Coninck, Granada, etc.; ex D. Thoma, qui ¹³ ait: *Dicendum quod tunc... aliquis...*

cap. 8, concl. 2, v. *Ad 2*. — *Juenin*, Comment., de Confirm., qu. 9, cap. 2, art. 2, prob. 3. — *Silvest.*, v. *Confirmatio*, n. 3. — *Richard. a Mediavilla*, in 4, dist. 7, art. 5, qu. 1, concl. — *Gabr. Biel*, in 4, dist. 7, art. 3, dub. 3. — ⁴ Lib. 5, tr. 3, cap. 5, num. 4. — ⁵ In 4, dist. 7, qu. 2. — ⁶ Disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — ⁷ Lib. 5, tr. 3, cap. 5, num. 4. — ⁸ Tr. 20, punct. 8, n. 6. — ⁹ De Confirm., cap. 2, qu. 2, resp. 2. — ¹⁰ Suppl. Sacram., cap. 2, n. 34. — ¹¹ Confer. 8, de Sacram. Confirm., num. 20. — ¹² Tr. 3, cap. 4, num. 57. — *Coninck*, qu. 72, num. 87. — *Granada*, in 3 P., contr. 5, de Confirm., tr. 4, disp. 1, num. 6. — ¹³ 2^a, qu. 186, art. 9, ad 3.

Per accidens omissio esset lethalis.

Propter periculum.

Propter scandalum.

Propter contemptum.

Quando censeatur adesse contemptus.

transgreditur ex contemptu, quando voluntas ejus renuit subijci ordinationi legis vel regulae, et ex hoc procedit ad faciendum contra legem vel regulam. Quando autem e converso propter aliquam particularem causam, puta concupiscentiam vel iram, inducitur ad aliquid faciendum contra statuta legis vel regulae, non peccat ex contemptu. Si ergo non contemnit legem qui eam transgreditur propter concupiscentiam; neque contemnit Confirmationem qui eam suscipere negliget ne patiatur aliquod incommodum, ruborem vel simile. Id aperte confirmat Catechismus Romanus¹, ubi, loquens de hoc sacramento, distinguit negligentiam a contemptu, dicens: *Saepe evenit ut fideles, in hoc sacramento suscipiendo..., dissoluta quadam negligentia et cunctatione utantur; nam de iis qui ad eum impietatis gradum venerunt, ut illud contemnere et aspernari audeant, nihil est quod dicamus, etc.* — Minime autem negandum cum Suarez, Palao, Laymann^{a)}, Salmant., Coninck, et aliis (contra aliquos), talem negligentiam esse saltem peccatum veniale^{b)}; cum sit quaedam prodigalitas spiritualis.

Verumtamen, postquam haec scripsi^{c)}, invenio declaratum a Benedicto XIV in bulla *Etsi pastoralis*, quod omnes Confirmationem suscipientes a presbyteris graecis, invalide confirmantur; hinc Pontifex subjungit, ipsos admonendos esse de obli-

¹ De Confirm., n. 16. — *Suar.*, disp. 38, sect. 1, v. *Quocirca*. — *Palao*, tr. 20, punct. 8, n. 6. — *Salmant.*, tr. 3, cap. 4, n. 61. — *Coninck*, qu. 72, n. 91. — *Bened. XIV*, bulla *Etsi pastoralis*, § 3, n. 4. — ² Sess. 23, de reform., cap. 4. — *Tanner*, tom. 4, disp. 4, qu. 4, num. 47. — *Henric.*, lib. 3, cap. 5, n. 6. — *Valent.*, disp. 5, qu. 2, punct. 2. — ³ Disp. 38, sect. 1, i. f. — ⁴ *Man.*, cap. 22, n. 9, i. f. — ⁵ *Lib.* 28, cap. 4,

gatione gravi suscipiendi, cum possint, Confirmationem ab episcopis. En verba Pontificis: *Monendi... sunt ab Ordinariis locorum, eos gravis peccati reatu teneri, si (cum possunt ad Confirmationem accedere) illam renuunt ac negligunt.* — Quapropter secunda opinio supra relata, nimirum non teneri fideles sub gravi ad Confirmationem suscipiendam, hodie non videtur satis probabilis.

183. — « 3^o. Praeceptum quod habetur in « Tridentino², non ligat omnes, cum sit « hypotheticum: sed tantum ordinandos « vel initiandos prima tonsura. Cujus omissionem non esse mortalem, contra Tanner docent Henriquez, Valentia, Suarez³ « et Navarrus⁴, qui addit ne quidem episcopum peccare mortaliter, ordinando « non confirmatum; aut si ipse non confirmatus ordinet. — Vide Reginaldum⁵ ».

Quaeritur: *an sit obligatio gravis suscipiendi hoc sacramentum ante susceptionem primae tonsurae?*

Affirmant Bonacina^{a)}, Renzi⁶, cum Toletus^{b)}, Fornario^{b)} et Majolo^{b)}, apud Diana⁷; ex praeepto Tridentini⁸, ubi dicitur: *Prima tonsura non initientur qui sacramentum Confirmationis non susceperint.* — Et in hujus praeepti confirmationem refert Renzi⁹ quaedam declarationem S. C. Concilii die 27 Septembris 1621 (apud Nicolium), ubi dictum fuit quod qui susceperit primam tonsuram vel ordines non

num. 24. — ⁶ De Sacram. Ordin., cap. 1, sect. 1, qu. 3. — ⁷ Part. 2, tr. 16, resol. 4. — ⁸ Loc. cit., cap. 4. — ⁹ Loc. cit., qu. 3. — *Nicolius*, Lucubrat. jur., part. 2, lib. 1, tit. 11, num. 4. Cfr. etiam alias similes S. C. Conc. declarationes ap. Pallottini, v. *Dispensatio*, § 7, num. 18 et seqq.; v. *Sacram. Confirm.*, n. 34 et 35; item *Thesaur. Resol.*, tom. 44, fol. 10, 11 et 18.

Tridentini decretum et contra consuetudinem Ecclesiae in re gravi. Sed idem Bonacina, disp. 3, de Confirm., punct. 4, n. 8, existimat « valde probabilem » eandem opinionem, quae scilicet negat esse mortalem.

^{b)} Toletus innuit esse mortalem; scribit enim, lib. 1, cap. 71, n. 5, i. f., promotum per saltum fieri irregularem; quod probat ex glossa in cap. Pastoralis, de sacr. non iter., « ubi, inquit, agitur de eo qui praetermissa Confirmatione, promotus fuit ad ordines ». — Sed magis ad rem et clarius Fornarius, de Ordine, cap. 3, n. 3; Majolus, de Irregular., lib. 4, cap. 12, n. 9, ubi praerequirunt Confirmationem « de necessitate praeepti ».

Contraria opinio, non satis probabilis.

Confirmatio sub gravi suscipiendi ante tonsuram, juxta alios.

confirmatus, tamquam male promotus non possit ad alios ordines ascendere nec recipere beneficia sine Sedis Apostolicae dispensatione.

Negant vero alii communissime quod praefata verba Tridentini gravem obligationem importent. Ita Navarrus¹, ubi sic ait: *Peccat qui non se facit confirmare ante omnem ordinationem... Nullam tamen per hoc censuram incurri... Tum quia ejus omissionis negligentia non est mortalis...; tum quia nullo jure id cavetur.* Idem sentiunt Sotus², Suarez³, Palao⁴, Escobar^{c)}, Salmant.⁵, Tamburinius⁶; Diana⁷ cum Azor^{a)}, Valentia, Avila, Coninck et Molfesio^{e)}. Idem sentit perdoctus Cabassutius⁸ cum communi; addens Suario, Coninck, Navarrum, Victoria, etc. extendere hanc doctrinam etiam ad collationes ordinum. Et idem dicunt Navarrus⁹ et Laymann¹⁰ de episcopo ministrante. — Ratio: vel quia verba concilii solam mentionem continent; cum verba imperativi modi per se non inducant praeeptum^{f)}, ut dicunt Cajetanus, Navarrus, Sa et Sayrus (quos retulimus Lib. IV, n. 161, Qu. 1, v. Secunda), ex Glossa^{g)}, et ex D. Thoma qui^{h)} dicit: *Nec in lege Ecclesiae omnes ordinationes obligant ad mortalem.* Vel quia verba Tridentini non

¹ *Man.*, cap. 22, n. 9, v. *Quinto*. — ² In 4, dist. 24, qu. 1, art. 4. — ³ Disp. 38, sect. 1, i. f. — ⁴ Tract. 20, punct. 8, num. 6. — ⁵ Tr. 3, cap. 4, n. 63. — ⁶ Lib. 3, de Confirm., cap. 3, § 4, num. 4. — ⁷ Part. 2, tr. 16, resol. 4. — *Valent.*, disp. 5, qu. 2, punct. 2. — *Avila*, part. 7, disp. 9, sect. 1, dub. 3, concl. 2. — *Coninck*, qu. 72, art. 8, num. 90; et disp. 20, dub. 10, num. 102. — ⁸ *Lib.* 3, cap. 3, n. 10. — *Suar.*, disp. 38, sect. 1, i. f. — *Coninck*, qu. 72, art. 8, n. 90. —

^{c)} Escobar, lib. 12, n. 193, non sine haesitatione: « Crediderim, inquit, peccare;... nec forsitan est mortale, sed veniale grave ».

^{a)} Azor non allegatur ad rem a Diana; haec enim dumtaxat de episcopo habet, part. 2, lib. 3, cap. 48, qu. 1: « Non tamen ex necessitate juris divini requiritur ut sit confirmatus. Unde si is qui confirmatus non est, ordinetur vel ordinet, recipit vel confert Ordinis characterem ».

^{e)} Molfesius, Sum., tr. 2, cap. 11, n. 7, videtur utique huic opinioni adhaerere, dicens plures auctores negare hanc esse obligationem gravem, secluso contemptu; addit tamen contrariam opinionem esse probabilem. Sed tr. 4, cap. 2, de Sac. Confirm., n. 21, magis expresse scribit: « Nullus promoveri potest ad ordines nec initiari prima tonsura, si non sit

continent strictum praeeptum, eo quod haec non aestimetur materia gravis; aut quod praeeptum ita a consuetudine sit interpretatum.

Merito tamen dicunt praefati auctores id non excusari a veniali (contra Holzmann¹², Granado¹³ et Tamburinium¹⁴), qui nullam in hoc culpam agnoscunt), saltem ob quamdam deordinationem quae in tali omissionem interveniret.

184. — « Resp. II^o. Circa caeremonias « Confirmationis, scienda sunt sequentia: « 1^o. Etsi servandi sint ritus in Pontificali praescripti, peccetque graviter episcopopus, si confirmet sine pluviali, mitra « vel pedo (uti et si ordines sacros conferat « cum solis indumentis Missae: Diana¹⁴); « non tamen semper erit mortalis alicujus « omissio, v. gr. alapae aut cerei. — Potest autem conferri loco quovis decenti, « etiam extra ecclesiam; et a prandio non « jejuniis, omni tempore ».

Notandum 1^o. Quoad vestes episcopi ministrantis, in Pontificali Romano praescribi quod episcopus debet esse indutus amictu supra rochetum (vel superpellicium si sit religiosus), ac stola, pluviali albi coloris, mitra et baculo. — Dicit autem Villalobos^{a)} apud Diana^{a)}, peccare tantum venialiter episcopum qui confirmaret

Navar., Man., cap. 22, num. 9, v. f. — *Victor.*, Sum., de Ordine, n. 232. — ² Loc. cit., n. 9; i. f. — ³ *Lib.* 5, tr. 3, cap. 5, n. 4. — *Cajetan.*, in 2^{am} 2^{ae}, qu. 186, art. 9, ad 2. — *Navar.*, Man., cap. 23, num. 49, v. *Tertio*. — *Sa*, v. *Lex*, num. 5. — *Sayr.*, Clav., lib. 3, cap. 7, a num. 26. — ¹¹ 2^{ae} 2^{ae}, qu. 186, art. 9, ad 2. — ¹² De Confirm., num. 218. — ¹³ De Confirm., tract. 4, disp. 1, num. 9. — ¹⁴ Part. 7, tract. 10, resol. 81.

confirmatus...; qui tamen secus faceret non peccaret mortaliter, quia nec Trident. sub aliqua censura hoc prohibet; aut alia verborum forma, quae indicet obligationem ad mortalem, utitur; et sic est solum quaedam indentia ».

^{f)} Saltem grave, ut explicant Navarrus, Sa et Sayrus. — Et Glossa in cap. 1 de constitut., v. *Statuta*, habet: « Dic statuta [quae custodiantur] continentia praeepta vel prohibitiones; alias, si de consilio loquerentur, non obligarent ».

^{g)} Tamburinius, lib. 3, de Confirm., cap. 3, § 4, n. 5, probabile esse ait ne veniale quidem esse; fatetur tamen communius doceri veniale esse.

184. — ^{a)} Villalobos, part. 1, tr. 6, diff. 8, n. 3, negat in universum caeremonias acciden-

Suscipienda sub gravi.

Caeremoniae servandae.

Quales vestes requirantur.

Negligentia suscipiendi, saltem venialis.

Juxta S. Doctorem, est lethalis.

sine vestibus sacris, dicens hanc esse caeremoniam accidentalem. Sed verus ipse Diana ^{b)} et Tamburinius ^{c)}, Sporer ^{c)} ac Renzi ¹⁾, dicunt esse mortale ommittere omnia praedicta instrumenta, cum ipsa pertineant ad reverentiam sacramenti: secus, si aliquod tantum omittatur, quia id non videtur esse materia gravis; et sic intelligendum Busenbaum, cum ipse se referat ad doctrinam Dianae.

Advertendum autem quoad baculum, sufficere quod baculus maneat publice expositus, vel a clerico detineatur; ut ex figura in Pontificali depicta signatum ostenditur. — Item S. C. de Propaganda Fide, 7 Decembris 1626, apud Pittonum ^{d)} declaravit sufficere quod episcopus sine mitra, adhibita tantum stola, confirmet.

Notandum 2^o. Quoad caeremonias alapae et cerei, omissionem *alapae*, secluso scandalo ^{e)}, nunquam esse mortalem; ut recte dicunt Suarez ²⁾, Bonacina ³⁾, et Barbosa, Granado, Ledesma et alii, apud Salmant. ⁴⁾. Omissionem autem *cerei*, Ledesma et Sà, *ibid.* ⁵⁾, absolute negant unquam posse esse mortalem; cum haec caeremonia minime inveniat praescripta in Pontificali, sed tantum ex solo usu sit introducta.

¹⁾ De Confirm., cap. 3, qu. 3. — ²⁾ Disp. 37, sect. 2, i. f. — ³⁾ De Confirm., punct. 4, num. 9, i. f. — *Barb.*, de Offic. et Potest. episc., alleg. 30, num. 27. — *Granad.*, de Confirm., tract. 4, disp. 2, num. 3. — *Petr. de Ledesm.*, de Confirm., cap. 10, concl. 5. — ⁴⁾ Tr. 3, cap. 4, n. 41. — *Petr. de Ledesm.*, loc. cit. — *Sà*, v. *Confirmatio*, n. 10. —

tales obligare sub mortali. Et ita etiam videtur citari a Diana, *part. 7, tr. 10, resol. 31.*

^{b)} Diana, *loc. cit.*, mortale esse ait omittere majorem partem indumentorum.

^{c)} Tamburinius, *lib. 3, de Confirm., cap. 2, § 2, n. 4*, obligationem adesse affirmat ministrandi cum praedictis vestibus; non tamen loquendi de omissione unius vel alterius. — Sporer autem, *Suppl. Sacram., cap. 2, n. 43*, dicit episcopum debere esse indutum « habitu pontificali, idque sub peccato mortali ».

^{d)} Ita sane apud Pittonum, *de Sacris Ritib.*, n. 507, (al. n. 532); sed juxta novam editionem Collectan. S. C. de Prop. Fide, ubi reperitur sub n. 29, est facultas tantum particularis episcopo Sardonensi, Bosnensi administratori, concessa. Alia tamen adsunt ejusmodi decreta, *ibid.* sub n. 178 et 1057; et signanter unum S. C. S. O. de die 12 Februar. 1851, quo Vicario apostolico Coreae concessit « astante causa posse privatim confirmare absque mitra et baculo pastoralis, adhibita stola ».

Notandum 3^o. Quoad *locum*, Nuñez apud Bonacina ⁶⁾ putare quod sit mortale confirmare extra ecclesiam; sed hoc est contra communem. — Alii vero, ut Busenbaum, et Dicastillus ^{f)} apud Croix ^{f)}, dicunt id omni culpa carere: modo Confirmatio ministretur in loco decenti. — Sed communius Bonacina ^{g)} et Croix ^{g)}; ac Salmant. ^{h)} cum Coninck ^{h)} et Praeposito ^{h)}, censent hoc esse veniale. Quod puto verius, nisi interveniat aliqua causa excusans; juxta id quod notatur in rubrica Pontificali, ubi dicitur: *Hoc sacramentum potest conferri minus solemniter quocumque die, hora et loco, ex causa ad arbitrium episcopi.*

Probabiliter autem dicit Palau ⁱ⁾, licite semper posse episcopum confirmare in suo oratorio domestico.

Notandum 4^o. Quoad *jejunium*, quod, licet in can. *Ut jejuni, dist. 5, de consecr.* praescribatur ut confirmandi accedant jejuni; et in Pontificali Romano dicatur: *Confirmandi deberent esse jejuni*; dicunt tamen Salmant. ⁸⁾ et Croix ⁹⁾ id esse tantum consilii. — Sed melius dicunt ^{j)} Aversa ^{j)} et Gobat ^{j)}, ac Cabassutius ¹⁰⁾ et Renzi ¹¹⁾, jam usum invaluisse quod hoc sacramentum conferri possit etiam post prandium.

⁶⁾ Apud *Salm.*, loc. cit., n. 43. — *Nuñez*, qu. 72, art. 12, v. *Secundus ritus*. — ⁷⁾ Loc. cit., punct. 2, num. 14. — *Pontifical.*, de Confirmandis. — ⁸⁾ Tract. 20, punct. 10, num. 6. — ⁹⁾ Tr. 3, cap. 4, num. 33. — ¹⁰⁾ Lib. 6, part. 1, num. 389. — ¹¹⁾ Lib. 3, cap. 3, num. 2. — ¹²⁾ De Confirm., cap. 3, qu. 4.

^{e)} Bonacina, Ledesma et Sà absolute loquuntur, nulla mentione facta de scandalo; Suarez autem et Granado negant esse mortale « secluso contemptu ».

^{f)} Dicastillus, *tr. 3, de Confirm., disp. un., dub. 12, n. 148*, absolute loquitur, neque apponit conditionem de loco decenti; et sic etiam a Croix, *lib. 6, part. 1, n. 389*, allegatur.

^{g)} Bonacina, *loc. cit.*, n. 14, innuit esse venialem culpam, in quantum scilicet negat solum consuetudinem ministrandi Confirmationem in ecclesia, obligare sub mortali. — Eodemque modo loquitur Croix, *loc. cit.*

^{h)} Salmant., *loc. cit.*, n. 32, aliorum opinionés tantum referunt; nec citant Coninck aut Praepositum. Et sane Coninck, *qu. 72, art. 12, n. 114*, dicit « omnino... convenire ut in ecclesia fiat », quamvis id non praecipitur. — Praepositus vero, *qu. 72, art. 12, n. 54*: « Quamvis conferri debeat, inquit, decenti loco, non tamen necessario in ecclesia ».

ⁱ⁾ Croix, *loc. cit.*, citat Aversa et Gobat, ut

Item, quovis die.

Patrinus Confirmationis.

Confirmare extra ecclesiam sine causa, veniale.

Confirmatio potest dari post prandium.

Requiritur sub gravi.

Sic pariter Confirmatio conferri potest *quocumque die*; ut dicunt Suarez ¹⁾, et Salmant. ²⁾ cum Granado, et Busenbaum (ut supra). Et sic usum ferre testatur Croix ³⁾.

185. — « 2^o. Sub gravi culpa, ut docet « Navarrus ⁴⁾ ex communi, requiritur patrinus. Isque unus tantum (licet Toletus « duos admittat). — Qui, si confirmatus « non sit, peccat graviter, secundum communem (Escobar tamen, ex Coninck ^{a)}, « docet non esse mortale): quod probabile « esse docet Quintanadvenas ⁵⁾. Immo nullum, si fiat in necessitate. Et non con- « trahit cognationem; ut docent Sanchez, « Suarez, contra Silvestrum, Sà et alios ».

1^o. Igitur requiritur *patrinus*, et quidem sub gravi ^{b)}; ut cum Navarro et communi dicit Busenbaum, et Holzmann ^{c)} ex can. 2 et 6, *caus. 30, qu. 1*. Patrinus autem Confirmationis designandus est a parentibus, vel ab episcopo in eorum defectu. Croix ⁶⁾ cum Gobat. (Hoc intelligendum si confirmandus sit puer). — Dicit autem Holzmann ^{d)} cum Gobat ^{d)} et Illsung ^{d)}, quod licite posset conferri Confirmatio sine patrino, casu quo is haberi non posset.

¹⁾ Disp. 37, sect. 2. — ²⁾ Tr. 3, cap. 4, n. 34. — *Granad.*, de Confirm., tr. 4, disp. 2, n. 3. — ³⁾ Lib. 6, part. 1, n. 389. — ⁴⁾ Man., cap. 22, n. 9, v. *Quarto*. — *Tolet.*, lib. 2, cap. 24, n. 4. — *Escob.*, tr. 7, exam. 3, cap. 4, n. 28, (edit. Lugdun. s. d.; al. num. 20, v. f.). — ⁵⁾ Tr. 2, singul. 7, num. 2. — *Sanch.*, de Matr., lib. 7, disp. 60, n. 20. — *Suar.*, in qu. 72, art. 10, Comment., v. f. — *Silvest.*, v. *Matrimonium VIII*,

dicentes canonem *Ut jejuni* vim tantum consilii habere, jamque esse abrogatum; quod profecto asserunt Aversa, *qu. 72, sect. 3, i. f.*; et Gobat, *tr. 2, n. 769*; sed dicunt etiam id quod ipsis a S. Alphonso tribuitur.

185. — ^{a)} Escobar pro hac opinione, quam probabiliter existimat, plane fallitur in allegando Coninck; hic enim, *qu. 72, art. 10, n. 94*, expresse contrarium asserit, dicens: « Non confirmatum non posse tenere confirmandum »; addens n. 95: « Unde sequitur eum graviter peccaturum, quia redderet eam caeremoniam irritam ».

^{b)} Hanc S. Doctoris opinionem confirmavit S. O. in sua Instruct. ad Archiep. Portus Principis, die 5 Septembr. 1877 data: « Quam legem [de obligatione adhibendi patrini in Confirmatione] excepto casu gravis et urgentis necessitatis, egregie Ecclesiae Doctor S. Alphonso simpliciter tradidit obligare, et quidem sub gravi, excepto casu quo patrinus haberi non posset ».

^{c)} Holzmann, *de Confirm.*, n. 222, ita tenet; sed canones 2 et 6, *caus. 30, qu. 1*, quos

2^o. Requiritur ut patrinus sit *unus* ^{e)}; ut tenendum cum Busenbaum; et Salmant. ⁷⁾ ex Palao, Bonacina et Rebello. Nam sic praecipitur in *cap. fin. de cogn. spir. in 6^o*, ubi dicitur: [Quamvis] *non plures quam unus... vel una... accedere debeant ad suscipiendum de Baptismo... De Confirmatione... idem iudicium est habendum*. — Licet autem Tridentinum in Baptismo duos admittat, cum tamen nihil disponat de Confirmatione, quippe juri antiquo standum est.

3^o. Requiritur ut hic patrinus sit *confirmatus*; ex praecepto quod habetur in can. *In baptisate 102, dist. 4, de consecrat.*, ubi: *In Baptisate vel in Chrismate non potest alium suscipere in filium, qui non est ipse baptizatus vel confirmatus*. Et in Pontificali Romano habetur: *Nullus qui non sit confirmatus potest esse in Confirmatione patrinus*.

186. — Sed hic dubitatur 1^o. *An peccet graviter qui non confirmatus teneat?*

Dicit Busenbaum quod Escobar negat esse mortale; sed errat. Nam hic auctor ^{a)} oppositum expresse docet; quia talis pa-

qu. 7, v. *Duodecimium*. — *Sà*, v. *Matrim. impedim. dirim.*, n. 5, v. *Non confirmatum*. — *Navar.*, Man., cap. 22, n. 9, v. *Quarto*. — ⁶⁾ Lib. 6, part. 1, num. 397. — *Gobat*, tr. 2, n. 788. — ⁷⁾ Tr. 3, cap. 4, n. 50. — *Palau*, tr. 20, punct. 10, n. 2. — *Bonac.*, de Matr., qu. 3, punct. 5, § 2, num. 31. — *Rebel.*, part. 2, lib. 3, qu. 6, n. 6. — *Pontifical. Rom.*, de Confirmandis.

allegat, non sunt ad rem; non enim tractant de obligatione patrinum adhibendi, sed de poena cui subjiciuntur ii qui filiastris suos in Confirmatione tenuerint.

^{d)} Holzmann, *loc. cit.*, excusat, « quando... commode patrinus haberi nequit ». Et affert Georgium Gobat testantem ita factum esse in dioecesi Constantiensi, et addit Illsung prae laudato auctori subscribere. — Et re quidem vera apud Gobat n. 780, sic res se habet, et Gobat factum istud approbat, « si usus longaevis vel difficultas nanciscendi patrocinetur ». — Illsung vero, *tr. 6, disp. 3, n. 45*, refert tantum Gobati sententiam.

^{e)} Hinc, usum, quo unus dumtaxat pro omnibus masculis a parochia vel ab episcopo deputatur patrinus; et una mulier pro feminis, S. C. C. declaravit « non esse probandum, sed tolerandum in casu necessitatis, ab episcopo judicandae, ad formam Pontificalis Romani ». In *Fesulana*, Sacram. Confirm. die 12 Julii 1823. Thesaur. Resol., *tom. 83, fol. 160 et 167*.

186. — ^{a)} Busenbaum cum S. Alphonso facillime conciliatur; nam Escobar utramque

Requiritur ut sit unus.

Ut sit confirmatus.

Idque sub gravi.

Omissio indumentorum, quale peccatum.

Quid de baculo et mitra.

Quid de omissione alapae et cerei.

trinus violaret praeceptum Ecclesiae in re gravi. Et sic tenendum cum Concina¹, et communi, ut asserit idem Busenbaum.

Dubitatur 2^o. *An patrinus non confirmatus contrahat cognationem?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenent Concina², Sotus³; et Navarrus, Tabiena⁴, Manuel, Lopez, apud Sanchez⁵. Item Sà, Paludanus, etc., apud Salmant.⁶, qui probabilem putant; sicut etiam censet Croix⁷. — Ratio, quia (ut dicunt) *non potest in cit. can. 102* mox supra, per se et proprie non denotat invaliditatem actus, sed tantum prohibitionem; sive, ut ajunt Surdus⁸ et Barbosa⁹, apud Escobar¹⁰, quia verbum *non potest* interdum sonat idem ac *non decet*, vel *non expedit*.

Secunda vero sententia negat: quam tenent Glossa¹¹, Suarez¹², Toletus¹³, Bonacina¹⁴; et Renzi¹⁵, qui refert declarationem S. C. Concilii die 13 Junii 1654 (apud Josephum de Januario), ubi dictum fuit, non confirmatum suscipientem confirmandum

¹ De Confirm., cap. 7, n. 3, v. f. — ² Loc. cit. — ³ In 4, dist. 42, qu. 1, art. 3. — *Navar.*, Consil. 1, i. f., de cognat. spirit. — *Tabiena*, v. *Confirmatio sacram.*, n. 8, qu. 7; et v. *Impedimentum V*, n. 2. — *Man. Rodríguez*, Sum., part. 1, cap. 224, n. 4, i. f. — *Ludov. Lop.*, Instruct. nov., part. 2, de Matr., cap. 51, v. *Ex quo fit.* — ⁴ De Matr., lib. 7, disp. 60, n. 19. — *Sà*, v. *Matrim. imped. divim.*, num. 5. — *Palud.*, in 4, dist. 42, qu. 1, art. 1, concl. 3 (num. 8). — ⁵ Tr. 3, cap. 4, num. 47. — ⁶ Lib. 6, part. 1, num. 400. — ⁷ In qu. 72, art. 10, Comment., v. f. — ⁸ Lib. 2, cap. 24,

non contrahere cognationem spiritualem. Eamdem ut probabiliorem tenent Sanchez¹¹ cum Angelo, Victoria¹², Henriquez, Ledesma, Palacio¹³, etc. — Ratio: tum quia verbum *non potest* reddit actum omnino nullum (ut dicit Sanchez se probasse *de Matr.*, lib. 6, disp. 38, n. 20); tum quia, sicut in Baptismo non contrahit patrinus non baptizatus, ita in Confirmatione non confirmatus.

Utraque est probabilis. Sed *secunda* probabilior, saltem quia est majori auctoritate munita, ob declarationem S. Congregationis.

187. — « Debet autem patrinus esse *di-* « *versus a patrinus Baptismi*, saltem extra « necessitatem ». [Ut dicunt Salmant.¹⁸ cum Laymann, Palao, Bonacina¹⁹] et communi. Excipit tamen Croix¹⁸ cum Silvestro²⁰ et synodo Coloniensi²¹, nisi aliqua adsit causa in contrarium. Patrinus autem debet esse *ejusdem sexus* est confirmandus, juxta usum Ecclesiae et ritum Pontificalis

num. 4. — ⁹ De Matrim., qu. 3, punct. 5, § 2, num. 21. — ¹⁰ De Confirm., cap. 3, qu. 9. — *Jos. de Januar.*, de Casib. reserv., part. 2, resol. 75, n. 59. Habetur etiam ap. Pallottini, v. *Sacram. Bapt.*, § 1, n. 86. — ¹¹ Loc. cit., n. 20. — *Angel.*, v. *Confirmationis sacram.*, num. 11; v. *Matrimonium III*, *Impedim. VII*, num. 10, i. f. — *Henriq.*, lib. 12, cap. 11, n. 2. — *Bartholom. de Ledesma*, Summar., de Confirm., diff. 8, v. *Sciendum tamen.* — ¹² Tr. 3, cap. 4, n. 49. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 7, n. 1. — *Palau.*, tr. 20, punct. 10, n. 2, v. f. — ¹³ Lib. 6, part. 1, n. 398.

Patrinus Confirmationis, alius a patrinus Baptismi.

Ejusdem sexus ac confirmandus.

Regulares nequeunt esse patrinus.

Exceptiones.

Romani, prout dicit Croix¹ cum Aversa]. « Licet cum Bonacina² et Hurtado id « neget Quintanadvenas³; et secus facientem non peccare mortaliter dicat Diana⁴. — Et non monachus (nisi factus « episcopus); admitti tamen et illos et « moniales posse sine culpa, docet idem « Quintanadvenas⁵: nisi in eorum religione sit prohibitum. Eo autem nomine non excludi mendicantes notat Coninck⁶, et alii quinque cum Diana⁷. — « Nec refert, seclusa consuetudine, num « vir sit aut femina.

« Neque etiam contrahit obligationem « instruendi confirmatum »; [Ut dicunt etiam Salmant.⁸ cum Laymann, Palao, Bonacina et Henriquez. Excipiunt tamen Aversa et synodus Coloniensis⁹], apud Croix⁵, si confirmatus non sit instructus, et alius desit] « sed tantum cognationem « spiritualem cum eo et ejus parentibus: « dummodo tamen eum tangat ».

Quidquid dicat Quintanadvenas¹⁰ apud Busenbaum, verius id censent vetitum Salmant.⁶; ac Sanchez, Bonacina, Ledesma¹¹ et communis, apud Sporer¹². Nam in can. *Monachi 104, dist. 4, de consecr.*, universe dicitur: *Monachi sibi compadres commatresve non faciant.* — Excipiunt autem 1^o Sporer¹³; et Palaus, Barbosa, Gobat, etc., apud Croix⁹, si confirmandus esset pariter religiosus. Excipiunt 2^o Suarez¹⁴, Dicastillus, etc., apud Croix¹⁰, si

¹ Lib. 6, part. 1, num. 399. — *Aversa*, qu. 72, sect. 5, v. *Sexto...* In *Confirmatione.* — *Gasp. Hurtad.*, de Confirm., diff. 14, i. m. — ² Tr. 2, singul. 7, n. 6; et singul. 14 (ult.), n. 2. — ³ Part. 9, tr. 6, resol. 32. — ⁴ Tr. 3, cap. 4, n. 51. — *Laym.*, lib. 5, tr. 3, cap. 7, n. 1. — *Palau.*, tr. 20, punct. 10, n. 2. — *Bonac.*, disp. 3, punct. 4, n. 11. — *Henriq.*, lib. 3, cap. 3, num. 3. — *Aversa*, qu. 72, sect. 5, v. *Denique.* — ⁵ Loc. cit., n. 397. — ⁶ Loc. cit., num. 48. — *Sanchez*, de Matr., lib. 7, disp. 60, num. 19 et 21. — *Bonac.*, de Matr.,

religiosus sit mendicans; sed hanc exceptionem nec admittit Pater Concina¹¹.

Quoad *modum* autem suscipiendi in Confirmatione, praescribitur in Pontificali Romano, quod confirmandus ponat pedem super pedem dexterum patrinus. — Sed recte dicit Concina¹², hodie receptam consuetudinem habere, quod sufficiat ut patrinus manum dexteram super dexterum humerum confirmandi ponat; et hanc consuetudinem testatur Concina approbatam fuisse a S. C. Rituum die 20 Septembris 1749.

188. — « 3^o. Frons confirmati obliganda « est fascia linea cruce notata, gestanda « uno, tribus vel septem diebus, pro consuetudine, illota interim fronte ». [Sed hodie ex desuetudine haec caeremonia non amplius in nostris partibus est in usu; cum statim post unctionem abstergetur frons confirmati, et sic dimittatur]. « Po- « test etiam, si ratio subsit, statim auferri, « et frons abluui. — Ipsa autem comburi « vel honeste asservari debet, nec ad profanos usus adhiberi, propter contactum « chrismatis. Neque solvens illam contrahit cognationem. — Vide Praepositi- « tum 18.

« 4^o. Parochos teneri in libro referre « nomina confirmatorum et patrinorum « suae parochiae (eamque curam ad episcopos etiam pertinere), tum propter « sciendam cognationem spiritualem, tum

qu. 3, punct. 5, § 2, num. 23. — ⁷ Suppl. Sacram., cap. 2, n. 47. — ⁸ Loc. cit. — *Palau.*, loc. cit., n. 2. — *Barb.*, de Off. et Potest. episc., alleg. 30, num. 36. — *Gobat*, tr. 2, num. 783. — ⁹ Loc. cit., num. 397. — *Dicast.*, tract. 3, de Confirm., disp. unic., dub. 12, n. 145. — ¹⁰ Lib. 6, part. 1, n. 397. — ¹¹ De Confirm., cap. 7, n. 3. — ¹² De Confirm., cap. 7, n. 3, i. f. — *Coneina*, loc. cit. — *S. Rit. Cong.*, Decreta authent., num. 2404, ad 6. — ¹³ In qu. 72, art. 12, num. 54.

Modus suscipiendi.

Quid de fascia linea.

Parochus tenetur notare nomina.

opinionem tuetur; eam scilicet quam ei tribuit Bus., in *Compend.*, tr. 7, exam. 3, cap. 4, n. 28 (edit. *Lugdun.* s. d.; al. n. 20), ubi scribit: « Probabile est non confirmatum confirmandum tenere, non esse mortale peccatum ». Eam vero quae eidem a S. Alphonso tribuitur, in opere magno, cui titulus: *Universae theologiae moralis receptiores absque lite sententiae, necnon problematicae quaestiones*, ubi, lib. 12, n. 233, haec habentur: « Judico mortaliter delinquere eum qui non confirmatus velit in Confirmatione patrinum gerere. Quia violat Ecclesiae in re gravi praeceptum ».

^b) Escobar, lib. 12, n. 231, hanc interpretationem affert ex citatis auctoribus. Et profecto Surdus scribit in *Consiliis, consil. 203, n. 44*: « Ea posse non dicimur quae honeste non possumus ». — Et Barbosa, fere iisdem verbis utens in *Axiomat. juris*, v. *Posse*, n. 6: « Posse non dicitur quis ea quae honeste non potest ». Ex *L. Nepos 125, ff. de verb. signif.*, ubi de locutione: *cum potuero* statuitur: « Potest... illa accipi significatio, cum salva dignitate mea potero ».

^c) Can. *In Baptismate, de consecr., dist. 4,*

superius relatus, loquitur tum de Baptismo tum de Confirmatione; et Glossa in v. *Suscipere*, dicit: « Sed quid si suscipiat? Dicunt quidam quod non contrahitur compaternitas, secus si baptizet ».

^a) Victoria, in *Sum., de Confirm., n. 51*, absolute ita tenet.

^e) Michael de Palacio, in 4, dist. 7, disp. 4, v. f., v. *Ego vero censeo*: « Dubitatio obscurior est, inquit. At videtur non absimile a vero non contrahi ».

187. — ^a) Bonacina, *de Confirm., disp. 3, punct. 4, i. f.*, haec omnia satis innuit, dicens eundem esse « posse in necessitate, sicut etiam in necessitate licitum est fratri suscipere fratrem ». Unde male citatur inferius a Busenbaum ex Quintanadvenas.

^b) Silvester non citatur a Croix; excipit tamen, v. *Confirmatio divina, qu. 4, § Et sexto*, casum necessitatis, sicut et ipsa Coloniensis synodus (anno 1662 celebrata, et quae habetur inter Concilia Germaniae, tom. 9), part. 2, tit. 4, *de Confirm., cap. 3, § 1*. — Si autem usus sit alicubi receptus, ut idem sit patrinus in Confirmatione qui fuerit in Baptismo,

S. C. Conc., die 16 Februar. 1884, declaravit « posse tolerari; sed episcopus curet abusum pedetentim evellere ».

^c) Diana, part. 3, tr. 4, resol. 21, v. *Tertio*, refert quoad hoc opinionem Bartholomaei ab Angelo, quam nec probat nec reprobat.

^d) Quintanadvenas, tr. 1, singul. 25 (ult.) n. 2 et 8, id habet pro suscipientibus in Baptismo; sed idem omnino dicit de suscipientibus in Confirmatione, tr. 2, singul. 8, n. 2 et 3.

^e) Coninck, qu. 67, art. 7, n. 56, ita docet de suscipientibus in Baptismo.

^f) Synodus Coloniensis, loc. cit., § 2, abso-

lute docet adesse ejusmodi obligationem; negat enim monachos, moniales et quoscumque religiosos adhiberi posse in patrinus, quia « obligationi... confirmatum instruendi satisfacere nequeunt ». Et ita etiam a Croix refertur.

^g) Petrus de Ledesma, *Sum., de Bapt., cap. 13, concl. 6*, de Baptismo dumtaxat disputat.

^h) Suarez videtur a Croix pro sola ratione citari, scilicet: quia non est obligatio instruendi; et revera, qu. 72, art. 10, comment., negat adesse regulariter et moraliter ejusmodi obligationem pro Confirmationis patrinis.

« propter ordines suscipiendos, docet Quintanadvenas¹ ex Barbosa^{a)}, etc.; ac denique licere mutare nomen in Confirmatione. Ibid.² ».

Benedictio finalis, simplex ceremonia.

Notandum ultimo, pro complemento hujus materiae, quod benedictio communis quae datur ab episcopo confirmatis in fine non est necessaria ad sacramentum, sed est simplex caeremonia^{b)}; ut commu-

¹ Tr. 2, singul. 11, num. 1. — ² *Quintanadvenas*, tr. 2, singul. 10. — ³ Lib. 6, part. 1, num. 400. — ⁴ Lib. 3, de

niter dicunt doctores cum Croix³. — Hinc probabiliter ait Tamburinius⁴ admonitionem quae fit, ne confirmati ante benedictionem praefatam discedant, non videri quod obliget. Immo dicunt Laymann⁵, Palaus⁶ et Tamburinius^{c)}, quando magnus est concursus, omittendam esse illam admonitionem, ut aliis locus praestetur; et hanc esse praxim testatur Croix⁷.

Confirm., cap. 2, § 2, num. 9. — ⁵ Lib. 5, tr. 3, cap. 7, n. 2, i. f. — ⁶ Tr. 20, punct. 10, n. 12. — ⁷ Loc. cit., n. 400.

188. — ^{a)} Barbosa, *de Parocho*, cap. 7, n. 16, ita sane parochis faciendum esse dicit, « maxime in oppidis, ad quae episcopus ad confirmandum accedit, non habens secum notarium scribentem; nam in civitatibus illa [matricula] necessaria non erit, cum Confirmatio conferratur in cathedrali, et ibi notentur confirmati ». — Quintanadvenas autem obligationem pa-

rochi limitat: « Nisi ex usu aut statuto ab episcopi notario aliave persona scribi soleant aut debeant ».

^{b)} Et ita etiam declaravit, S. C. S. O. die 22 Junii 1892.

^{c)} Tamburinius, *loc. cit.*, non dicit omittendam esse admonitionem; sed « expedit discedere », inquit, quando magnus concursus adest.